



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

XXVII. De Collationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

ordinati esse, in injuriam ordinationum inanes essent. Paulatim tamen benignius agi coeptum. Constitutum est. a ut si Episcopus aliquem sine certo titulo, unde vitæ necessaria percipiat, ordinaverit, tamdiu ipse aut ejus successor, ordinatio necessaria subministret, donec ei in aliqua Ecclesia convenientia clericalis militia stipendiâ assignentur.

Mandatum suscipiens de ordinibus conferendum certis personis, non tenetur easdem providere de beneficio, sed mandatum: scilicet, si sit mandatum generale, vel ordinandi licentiam concedens.

Quod si Episcopus b mandato alterius in aliena diocesi ordines celebret, distinguendum est, an de certis personis mandatum susceperit, an generale & expresso nomine. Primo enim casu mandans, secundo mandatum suscipiens, inopi ordinato vitæ tenebitur necessaria ministrare. Eis autem quibus à diocessano datur licentia, ut à quo voluerint Episcopo, ad sacros ordines promoveri possint, ad præmissa non qui ordinant, sed qui licentiam tradant, obligantur: nisi e tamen ordinatus de paterna hereditate vitæ possit habere subsidium.

Præbenda conceduntur per collationem, & per institutionem, & singulis rebus singulis sunt imponenda nomina. h. d.

Conceduntur autem præbendæ vel beneficia duobus modis: per collationem, & per institutionem. Collatio est libera quædam præbendæ concessio. Institutio est præbendalis juris ad præsentationem patroni facta translatio: quæ licet & ipsa collatio possit appellari, commodus tamen est in præsentis singulas causas singulis appellationibus distingui.

DE COLLATIONIBVS.
TITVLVS XXVII.

Ex tribus capitibus conferuntur præbendæ, & ordinarius collatorem facit lex vel consuetudo. h. d.

Conferuntur autem præbendæ vel beneficia aut ab ordinario, aut ex mandato legati sedis Apostolicæ, aut Pontificis rescripto. Ordinarius collatoris est, quem aut consuetudo approbavit, aut iuris designavit auctoritas: ut, Episcopus, Capitulum.

Si Episcopus & capitulum habeant potestatem conferendi conjunctam, non potest unus sine altero, nisi in uno subsit impedimentum, conferre: & si Episcopus potest conferre, tamen de consilio capituli, etiam quod sit impeditum, capitulum non potest se in collatione intromittere, nisi Episcopus sit negligens in removendo impedimentum: & mortuus vel absente eo, cuius consilio interveniente est conferendum, non est ob id differenda collatio. h. d.

Quam conferendi potestatem Episcopus & capitulum interdum habent communiter, interdum disjunctim: si communiter e, alter sine altero illam exercere non potest, nisi vel mortis, vel suspensionis, vel majoris executionis impedimentum in altero adesse contigerit.

Cum s vero ad solum Episcopum cum consilio sui capituli, vel ad solum præbendam spectat collatio, eo defuncto, vel suspensio, nisi Episcopus in petenda relaxatione suspensionis sit in mora, capitulum se non potest intromittere. Vbi vero g collatio ad aliquem cum consilio Episcopi pertinet, si quid illi humanitus contigerit, non erit ob hoc vacantis beneficii collatio differenda. Idem juris est Episcopo adeo in remotis agente, ut brevi non possit illius haberi presentia: quia in petendi vel expectandi mora vacantis beneficio posset imminere periculum.

Si Ecclesiæ erit vacans per sex menses, ad capitulum beneficium devolvitur. h. d.

Adem ratione, ubi ad solum Episcopum spectat collatio, si per sex menses h conferre distulerit, ad capitulum devolvitur. Ex contrario, si ad solum capitu

a Ca. Episcopus, extr. eod. tit. b C. si Episcopus, eod. tit. in 6.
c C. Episcopus, in fi. extr. eod. tit. d C. de reg. jur. in 6. e Ca. 1. in prin. ne sede vacante. in 6. f d. ca. 1. s. cum vero. g d. ca. 1. s. ubi vero. h Ca. 2. in fi. extr. de concess. præb.

lum pertinuerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus cum religiosorum virorum consilio exequetur: quod si omnes forte neglexerint, Metropolitanus absque contradictione disponit.

Regularibus prælatu non consentibus intra sex menses, sit devolutio ad ordinarium. h. d.

Idem statuitur in regularibus prælatu: si enim quævis beneficia ad illorum dispositionem spectantia intra constitutum tempus conferre negligant, locorum diocessani in non exemptis propria, in exemptis vero Apostolica auctoritate eorundem negligentiam juxta præscriptum in Vienenfi consilio modum supplebunt.

Tempus devolutionis curis solum non impeditis, & à die vetustatis. h. d.

Tempus autem sex mensium, nec currit legitime impeditis, & à die notitiæ, non à tempore vacationis erit computandum.

Devolutio non habet locum in Ecclesia non numerata, vel quando dignitas est suppressa. h. d.

Hæc a demum obtinet, si in Ecclesia erat distinctio præbendarum, & certus Canonicorum numerus. Ceterum, si neque distinctæ præbendæ, nec certus sit Canonicorum numerus, Lateranensi concilio de beneficiis ultra sex menses vacantibus locus non erit. Idem etiam obtinet, si per capitulum vacans dignitas legitime fuerit sublata.

Sede vacante capitulum non fungitur vice Episcopi in conferendo: & cessante causa, cessat & effectus. h. d.

Inter autem ob negligentiam Episcopi, conferendi potestas ad capitulum devolvatur, sede tamen vacante b in collationibus præbendarum Episcopi vice non fungitur: cum eo casu nullius superioris possit argui negligentia.

Græa collationem factam post devolutionem, dispensari potest. h. d.

Is e quoque, qui nimium cessando conferendi ius amiserit, si post ius collationis devolutum, nihilominus viris idoneis de beneficio providere voluerit, quamquam ob temporis lapsum collatio mero jure non teneat, ex dispensatione tamen & benignitate tolerari poterit.

Legati missi, vel nati vigore sua legationis, non conferunt nisi sibi specialiter concedatur: secus est in legatis de latere qui conferunt, & sine mandato speciali, etiam invito patrono Ecclesiastico. h. d.

Ex d legationis quoque munere conferendi competit facultas, quod tamen non indistincte obtinet, nam si ve missi fuerint, si ve suarum prætextu Ecclesiarum aliqui legationis sibi vendicant auctoritatem, ex ipsa legatione nullam habent conferendi potestatem, nisi hoc alicui specialiter indultum fuerit. His autem quos Rom. Pontificis latus & comitatus illustrat, legatione fungentibus sine specialiter concessione, etiam Ecclesiastico patrono invito, conferendi facultas competit. Sicut enim honoris prærogativa lætantur, sic eos auctoritate fungi congruit ampliori.

Legatus de latere non confert cathedralis Ecclesiæ, nec regulares, nec dignitates post Pontificalem majores, nec potest eodem tempore in eadem Ecclesia plures reservationes facere. h. d.

Sed tamen nec cathedrales e, nec regulares, aut collegiatas Ecclesias, nec Ecclesiarum cathedralium dignitates ad quas per electionem promoti primum possunt Episcopum obtinere locum, veluti Archidiaconatum, suæ dispensationi aut provisioni reservare possunt. Nec plures beneficiorum reservationes eodem tempore, in eadem cathedrali vel collegiata Ecclesia, vel ad ejusdem collationem pertinentium faciet.

Reservationes legatorum exprans finita legatione. h. d.

Illæ quoque, quas jure fecerint, dummodo ad beneficiorum jam vacantium collationem non sit processum,

a Ca. ex parte, extr. de concess. præb. b C. 1. extra, ne sede vacante. c C. literas, extr. de supplen. negl. præb. d C. 1. de off. legat. in 6. e C. deliberatione, de off. leg. in 6.



eo ipso, quod illorum finitur legato, penitus evanescent, nec executores dari amplius ea conferre poterunt.

Taciturnitas habiti beneficii invalidat provisionem legati non ordinarii. h. d.

Sed a nec aliter beneficium obtinenti ab Apostolica sedis legato facta collatio valet, quam si de eo, quod tunc provisus obtinet, mentio facta sit specialis, licet id in aliorum ordinariorum collationibus minimè requiratur.

Licet ante acceptionem beneficii quis nullum habeat in eo jus, tamen collator de eo alteri, primo non consentiente, providere non potest: potest tamen primo pro viso praesigi terminus ad acceptandum, quo lapsi poterit beneficium alteri conferri, nisi primus etiam lapsi termino acceptaverit. h. d.

Illud autem tam in ordinario, quam etiam in legato statutum est, quod si cui beneficium contulerint, licet is b, donec collationem ratam non habuerit, nullum jus in eo acquisiverit, in persona tamen alterius, primo non consentiente, de beneficio non libero ab ipsis facta provisio non subsistit: planè notificata collatione, & ad consentiendum termino competenti praesigito, si primus non consenserit, eo lapsi beneficium liberè, cui viderint expedire, conferre poterunt. Antequam tamen ipsum alii contulerint, non obstante lapsu termini sui primus collationi poterit accommodare consensum.

Per rescriptum Apostolicum praebenda confertur pure, an diem, & sub conditione: & pura collatio est, cum alicui simpliciter de beneficio providetur. h. d.

Per rescriptum Apostolicum mandatur fieri collatio, aut pure, aut sub die, aut sub conditione. Pure, ut cum mandatur simpliciter, ut alicui de beneficio, aut praebenda provideatur.

Collatio Apostolica in diem facta, accedente decreto irritante, legit manus ordinarii. h. d.

Des adiecit collationi, ut cum praebenda confertur, quam quis intra mensem c, aut alio tempore a vacationis notitia duxerit acceptandam: quo casu, cum temporis appositio favorem asserat impetranti, si decretum irritans fuerit appositum, collatio per ordinarium alteri facta, intra praesiguum tempus nullius obtinebit roboris firmitatis. Decreti enim appositio, reservatio, executoris in prohibito, & lis mota, beneficium affectum reddunt.

Publicè notum, praesignitur notum etiam privatu. h. d.

Interpretatur autem quem praedicta vacationis habet notitiam, ex quo ipsa vacatio in loco vel Ecclesia hujusmodi beneficii publicè nota erit. Imputet enim sibi, si hoc casu, quo de ipsius commodo agitur, id quod per se vel per alium scire potuerit, ignoraverit.

Collatio conditionalis, & concurrente decreto non impletis conditionibus, non legit manus ordinarii. h. d.

Sub conditione mandatur fieri collatio, ut cum d alii cui, si per executoris inquisitionem repertus fuerit vitæ laudabilis, vel si consensus accesserit capitulo, vel alia adiecta conditione, de beneficio provideri committitur: & eo casu etiam appositio irritante decreto, non impletis adhuc conditionibus vacans beneficium per ordinarium, aut per executores ad providendum de tali beneficio datum, liberè conferri poterit.

Obstat taciturnitas obtinenti beneficii, etiam modici, nisi provisio sit facta motu proprio. h. d.

Sed multum interest, motu proprio, an ad alterius petitionem de beneficio provideri mandetur: Si enim proprio motu, longè pinguius erit mandatum: nam etiam de beneficiis, quæ impetrans obtinet, nulla habita mentione, erit hujusmodi provisio valida, qualiacunque fuerint beneficia, & in numero quocunque qua habebat impetrans, cum sibi provisio facta fuerit.

a Canon. sin. de off. lega. in 6. b C. si tibi. de praebend. in 6. c. Clem. uni. & fr. de concess. praeb. d. d. Clem. uni. in princip. de concess. praeb.

Quod si ad petitionem gratia hujusmodi facta sit, quantumcumque modicum beneficium scienter vacetur, veluti surreptitia non valet.

Collatio facta motu proprio, pluribus beneficiis in eadem Ecclesia simul vacantibus, intelligitur facta de pinguiori: si beneficia sunt aequalia, ad eum spectat electio, cui gratia est concessa. Cetero vero facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium referretur, si sint aequalia, eligi, qui alius conferat: & motu proprio non censetur gratia fieri, cum id exprimitur. h. d.

Item si pluribus a in aliqua Ecclesia vacantibus dignitatibus vel praebendis, Rom. Pontifex de hac vacatione incertus, dignitatem vel praebendam, si qua nulli debita in ipsa vacat Ecclesia, cuiquam motu proprio conferat, fiet interpretatio plenissima, & ad illam dignitatem seu praebendam erit habenda relatio, quæ inter illam majoris censetur esse valoris: quod si fortis æqualitas sint, ad eam, quam is, cui confertur, infra decem dies post habitam de dicta vacatione notitiam, duxerit eligendam: si verò ad petitionem alterius gratia hujusmodi facta fuerit, ad illam erit habenda relatio, quæ minoris valoris extitit: & si sit æqualitas, ad eam, quam is, ad open. psarum spectat collatio, infra dictum tempus elegenti postquam sibi hujusmodi gratia erit nota. Motu proprio proprio tunc solum gratia fieri censetur, cum hoc expressè cautum fuerit.

Solus Papa tribuit jus in beneficiis vacantibus. h. d.

Sed si motu proprio, siue ad alterius petitionem per rescriptum Apostolicum fiat provisio, ceteris imp. praestat. Nam eum ex Lateranensi concilio mandata beneficia Ecclesie tribui aut promitti non debent, nisi quæ vacant, Romanus Pontifex etiam in ipsa ius potest tribuere vacantibus.

Pontifex gradus quosdam circa potestatem conferendi inter ordinarium legatum & summum Pontificem. h. d.

Et ergo inter ordinarium Legatum, ac summum Pontificem circa collationis potestatem, quasi per gradus ascensus quidam. Nam ad Episcopum & omnium eisdem basilicarum, quæ in ejus territorio possideantur, collatio regulariter pertinet: vacantiam tamen praebendam suæ dispositioni reservare non potest, & longè minus in eadem alicuius tribuere. Legatus autem non modo vacantes intra suæ legationis terminos Ecclesias conferre, verum etiam vacaturas (juxta ea quæ supra dictum) reservare poterit, licet eidem in vacaturis alicuius tribuendi nulla sit facultas. At Apostolicus & ab eo missus donare, & vacaturas suæ provisioni reservare d. & in vacaturis ius tribuere potest, cum in ipso plenitudo retineat potestatem.

Si clericus, cum mandatur provideri de beneficiis vacantibus, negligat petere praebendam, non potest postea aliam petere, nisi fuerit in canonicum receptus. h. d.

Quo tamen casu summus Pontifex de vacatura praebenda alicui provideri mandat, si is, in cuius gratiam mandatum obreutum est, praebendam, quando vacat, negligenter omittit, non poterit postmodum preterea dicti mandati, nisi antea in canonicum fuerit receptus, aliam in ipsa Ecclesia vacaturam petere.

Habens expellatvam, potest acceptare beneficium vacantibus primum, vel secundum, vel alterius, ceterum tamen acceptus non potest. h. d.

Potest f tamen, cui certis super hoc executionibus deputatis ab Apostolica sede hujusmodi gratia concessa fuerit, non solum primam in genere vacantibus beneficium vel praebendam: verum etiam, si rationabilis causa subsit, secundum & ulterius acceptare: etiam tamen & expressum, priusquam vacet, acceptare non poterit, ne captandæ alienæ mortis occasio ex benignitate

a C. si plurib. de praeb. in 6. b C. si motu. in fin. de ill. in 6. c. Comes basilica. 16. q. 7. d. C. in gl. de praeb. in 6. e. C. Clericus. de praeb. in 6. f. C. de captanda. de concess. praeb. in 6. g. d. d. Clem. uni. in princip. de concess. praeb.



gratiarum sedis Apostolicæ tribuatur: quod si de certo acceptatio secuta fuerit, nullam obtinebit roboris firmitatem, ut Bonifac. constitutionis tenore latius continetur.

Rescripto Apostolico dispensatur super pluralitate beneficiorum, maxime circa literatas personas. h. d.

Inde a etiam licet beneficiatæ personæ de alio beneficio, nisi primò illud, quod obtinet, omninò dimittat, provideri non possit, nisi aut Cardinales sint, aut Regum filii: per tale tamen rescriptum, maxime circa literatas personas, super hac pluralitate dispensari poterit.

Ubi de prioritare beneficii pluribus collatis non constat, primò possessor, deinde major prerogativa profertur. h. d.

Idem si a sede b Apostolica, aut legato, & ab ordinario eodè die idem beneficium conferatur, & quæ fuerit primò facta collatio, non appareat, nemine possidente, is erit cæteris præferendus, cujus conferens ampliore gaudet prerogativa. Hac e ratione & iis, qui in aliqua Ecclesia in Canonicos sunt recepti, debent in præbendarum affectione cæteris, sive legatorum, sive aliorum quorumcunque autoritate antea fuerint admissi, anteferrari.

Qui decano receptus auctoritate Apostolica, h. d.

Auctoritate a autè Apostolica receptus & is intelligitur, qui legati, vel alterius mandato, cui specialiter in ea re auctoritas Apostolica concessa fuerit, recipitur. Sed & si mandatum legati ratum habeat e Rom. Pontifex, atque id auctoritate sua muniat, ex eo receptus non legati, sed Apostolica intelligitur auctoritate receptus: atque ideo est in affectione præbendæ omnibus post eum receptis in Ecclesia dicta præferendus.

Expressio ejus quod tacite intelligitur, nihil operatur, nisi per aliam modum, quam quo tacite intelligitur facta expressio. h. d.

Aliud juris est, si iis, ad quos alias pertinet Canonicorum receptio, facultas concedatur ab Apostolico, ut alium recipiant in Canonicum ejusdem Ecclesiæ, ordinationibus forte certum numerum Canonicorum præfigentibus non obstantibus: hoc enim casu non Apostolica, sed recipientium censetur auctoritate receptus, nisi quòd cum auctoritate Apostolica recipiunt, in literis caveatur expressè. Quòd ad eos alias talis receptio non pertinebat, Apostolica dicitur auctoritate receptus. Alias verò, si litera impetratæ certum numerum Canonicorum nullam fecerint mentionem, quòd illarum occasione factum fuerit, nullam obtinebit firmitatem.

Papa non onerat aliquè plurè provisionibus, nisi id exprimat. h. d.

Illud etiam omnittendum non est, non solere Apostolicum eundem collatorem pluribus onerare provisionibus, nisi id velle se suis literis expressè fuerit complexus.

Mandati Apostolici fines sive diligenter custodiende, nec extenduntur, nisi ad casus expressè, etiam de consensu, & in prejudicium prævisi. h. d.

Sunt f autè Apostolici mandati fines diligenter custodiendi, ideoq; non debent ad casus alios, quàm expressos, extendi. Vnde cum injungitur, ut alicui de præbenda certi valoris provideatur, in præbenda minoris valoris, etiam impetrante volente, mandatum impleri non poterit.

Mandatum faciens mentionem de collatione, non potest trahi ad presentationem, vel institutionem. h. d.

Idem g observari oportet, si cui de beneficio, quòd ad alicuj collationem spectat, provideri mandatur: hoc n. casu de eo quòd ad ejusdem presentationem, vel institutionem pertinet, provideri minime poterit, nec etiam è converso.

Casus resignationis non includitur, nec verificatur in casu mortis. h. d.

Eodem spectat b, si quis ab Apostolica sede mandatum suscipiat, ut ab aliquo beneficii resignatione receptum

a C. de multi. ext. de præb. ext. Ioan. uni. co. ti. & ext. com. ex. crabilis. b C. si a sede. de præbend. in 6. c C. h. qui. d. tit. in 6. d C. h. qui. de præb. in 6. e C. si eum super. d. tit. in 6. f Ca. cui de non sacerdotali. s. idem. de præb. in 6. g C. cum in illis. s. cum autem. de præb. in 6. h C. si scriptum. de res. in 6.

pta, idem beneficii alteri conferat. Si enim is, qui resignaturus erat, reb. eximatur humanis, mandato locus non erit, cum non per resignationem vacaverit, sed per mortem.

Casus futura vacationis non verificatur in casu nova creationis. h. d.

Idem obtinet, si litera Apostolicæ super conferendo beneficio proximè vacaturo fuerint impetratæ. Nam ad illud, quòd post illarum impetrationem fuerit creatum, non extenditur.

Appellatione beneficii non venit pensio. h. d.

Et a si quis literas super obtinendis beneficiis usque ad certam summam impetraverit, eidem non in pensione, sed in beneficiis Ecclesiasticis erit providendum, nisi de pensione in literis mentio habeatur.

Dispositio regulariter restringitur ad tempus præsens, & mentio potentia intelligitur de presenti. h. d.

Eodem etiam spectat, quòd si de conferendo b alicui beneficio ad Episcopi collationem spectante rescribatur, illud ei conferri non poterit, cujus collatio ex negligentia ipsius Episcopi ad ejusdem Capitulum devoluta fuit: quanquam ex contrario de eo cujus ad Episc. ex Capituli, vel alterius cujuscunq; sive ad sedem Apostolicam ex ipsius Episc. vel aliorum in hoc eadem succedenti negligentia collatio fuerit devoluta, hoc casu provideri poterit.

Mandatum Apostolicum restrictionem recipit ex persona prævisi. h. d.

Interdum tamen, licet mandatum generale sit, ex persona impetrantis recipit restrictionem: ut si cui e de præbenda proximè vacatura simpliciter provideri mandatur: nam si talis nondum in ea ætate existat, ut ad sacerdotium promoveri possit, sacerdotalis sibi præbenda conferri non poterit.

Ex loco sumitur rescripti interpretatio. h. d.

Ex loci quoq; expressione rescripti sumitur declaratio, & ideo d, quanquã sub nomine Ecclesiarum Civitatis, etiam Eccle. Cathed. comprehendatur, cum tamen alicui de beneficio mandatur in aliqua Ecclesiarum civitatis, vel dioc. provideri, ad Cathedralem Ecclesiam mandatum hujusmodi non extenditur: secus est, si in aliqua Ecclesiarum Provincia, provideri mandatur: tunc n. & Metropolitana, & cæteræ Cathedrales Ecclesie tali mandato includuntur.

Ordo scriptura declarat mandatum. h. d.

Ex ordine e quoque scriptura rescripti interpretatio sumitur, veluti cum Joanni de beneficio ad collationem suam vel Pauli pertinente, ut alicui provideat, mandatur. Nam si plura simul beneficia vacare contigerit ad utriusque collationem separatim spectantia, tunc ordo scriptura servandus est, & de illo beneficio providendum erit, quòd ad Joannem noscitur pertinere.

Cum mandatur provideri de beneficio spectante ad provisionem plurium, intelligitur conjunctim. h. d.

Si verò f de beneficio ad aliquorum collationem, vel presentationem spectante, non adjecto communiter vel divisim, provisio injungitur faciendâ, in beneficio quòd ad collationem vel presentationem alteriustantum pertinet, adimpleri non poterit.

Ex insertione cause alicuius interpretatio rescripti. h. d.

Item insertio cause declarat rescriptum: sicut accidit g cum clerico nullum beneficium obtinente, ob paupertatem per Episcopum de beneficio provideri mandatur. Nam si antequam ei provisum sit, beneficium fuerit affectus, cessante causa mandati, provideri sibi Episcopus in posterum non tenetur.

Ex simpliciter mandato de providendo, non potest providere obtinente aliud beneficium, nisi fuerit id expressum: quo casu solum viciniori & non curatum beneficium obtinente provideri poterit: & pluralis locutio restringitur ad duo. h. d.

a C. quamvis. de præb. in 6. b C. si de beneficio. de præb. in 6. c C. si cui. de præb. in 6. d C. quamvis. s. quanquam. d. tit. in 6. de præb. e C. mandato. de præb. in 6. f C. cum illis. s. de præb. in 6. g C. si pauper. de præb. in 6.



Nam & is, qui conceditur ut idoneo possit in sua vel aliena Ecclesia providere beneficium, aliud obtinenti providere non potest, nisi vel primo ille beneficium quod obtinet, omnino dimittat, vel in concessionem hujusmodi sit expressum, quod etiam beneficiat valeat providere personae: quo casu unicuique duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinenti, provideri poterit. Sed si concessum fuerit, ut providere illi valeat, qui & alia beneficia noscitur obtinere, hujusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia non curata restringi.

Mandatam simplex de providendo, non extenditur ad beneficium curatum, vel electivum. h. d.

Ex natura quoque & beneficii qualitate Apostolicum Rescriptum restrictionem recipit: nam si de quibuscunque beneficiis provideri mandatam fuerit, de animarum cura mentione non habita, de iis providendum non erit, quibus hujusmodi cura noscitur imminere, illis quoque, pro quibus scribitur ut de personatibus & dignitatibus ad collationem, provisionem, praesentationem, vel dispositionem pertinentibus quorumcunque provideatur, de iis provideri non poterit, ad quos per electionem praeficiendi assumuntur.

Gratia alieni concessa, ut providere possit personae idoneae in certa Ecclesia, personae non expressae, non aspirat re integra, per obtinere concedentis: sicut si personae essent expressae. h. d.

Illud quoque omittendum non est, Quod si cui nullata facta personarum expressione sit gratiose concessa facultas, ut auctoritate Apostolica aliquibus personis idoneis in certa Ecclesia providere possit, vel beneficia, quorum collatio est ad sedem Apostolicam legitime devoluta, conferre: hujusmodi concessio etiam re integra, per obitum concedentis non expirat: secus, si super provisione certa personae faciendae eidem sit data potestas, non ob suam, sed ejus, cui providerit, gratiam vel favorem. Illa enim expirat omnino, si concedens re integra moriatur.

Mandatarius, cujus non est electiva industria, potest alteri mandare. h. d.

Illud etiam interest, Vtrum, cui ab Apostolica sede provisio de beneficio in certa Ecclesia, diocesi, vel provincia certa personae faciendae committatur, an de certa Ecclesia incerta tamen personae? Primo enim casu licite quis vices suas alteri committere poterit: secundo vero, cum in eligenda persona mandatarii electa videatur industria, provisionem sibi commissam alteri demandare non poterit, nisi forma commissionis id habeat, ut per se, vel per alium hoc expedire valeat.

Beneficia Ecclesiastica debent sine diminutione conferri. h. d.

Postremo illud sciendum est, tam Turonensi & concilio cautum esse, ne praebenda aliquam sectionem patiantur: quam ex Lateranensi, ne quis conferens beneficium Ecclesiasticum, partem proventuum suis usibus retinere audeat, cum sine ulla debeat diminutione conferri.

DE INSTITUTIONIBVS, ET IVRE PATRONATUS. TITVLVS XXVIII.

Quando dicatur providere per Institutionem, quid sit jus patronatus, & quibus modis constituitur. h. d.

Accidit autem interdum, ut praefati liberam de vacantibus beneficiis disponendi facultatem non habeant: quod tunc evenit, cum ea vacare contigerit, in quibus aliquis jus obtinet patronatus: tunc enim stricte sumpto vocabulo, non conferre, sed instituire dicentur eos, quibus praesentante patrono providendum erit. Est igitur *d* jus patronatus, potestas praesentandi instituendum ad beneficium vacans. Constituitur autem

a Cui. de praeb. in 6. b C. si cui nulla. de praeb. in 6. c C. majoribus. ext. de praeb. d gl. i. can. p. mentu. 16. q. 7.

tale jus variis modis: veluti, Ecclesiae edificatione, dotatione, & similibus.

Edificans rite, vel dotans, acquirit jus patronatus: & consuequid debent commoda, quem sequuntur incommoda. h. d.

Edificatione acquiritur jus patronatus, cum quilibet Ecclesiam de consensu diocesis, juris ordine servato, construxit. Donatione acquiritur, ut cum is, qui non fundavit, Ecclesiae pro dote certa bona assignavit. Sicut enim in carnali matrimonio ad onera sustinenda dotes assignari debet, ita etiam concedenda sunt Ecclesiae, quae ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum, & ad caetera sacrae domus necessaria sufficiunt. Insuper est igitur, ut quasi cujusdam loco remunerationis ad praesentationem patronorum in fundatis vel dotatis Ecclesiis sacerdotes instituuntur, nullo professionis vel laici habitus discrimine.

Ecclesiasticus patronus habet ad praesentandum majorem facultatem quatuor. Ecclesiasticus non potest variare, laicus pariter. h. d.

Sunt tamen inter Ecclesiasticos & laicos patronos, pluresque differentiae. Nam *a* Ecclesiastico ad praesentandum sex mensium conceditur spatium, Laico quodvis tempus datur. Et videtur optima ratione induci, ut longius praefigatur tempus Ecclesiastico, quippe & quibus semel facta praesentatione, amplius variare minime licet: quod in Laicis diversum statuitur.

Episcopus qui instituit secundo loco praesentatum, in parum potest providere etiam primo praesentato. h. d.

Edi si laicus, cui plures praesentandi tributa est facultas, primo Joannem institutum offerat, secundo loco Paulum utrunque idoneum, Ordinarius autem secundo loco praesentatum instituat, videamus, an primo appellare valeat? & statum est, de secundo factam institutionem infringi non posse: Episcopum tamen qui primo loco praesentatum dolo reculavit admittere, recusat ut in competenti beneficio provideat, compellaturque ut in eo puniatur, in quo eum deliquisse constat.

Legatus de latere potest derogare juri patronatus Ecclesiasticum, non laicorum. Ecclesiastico patrono reddenda ratio proventuum patronatus Ecclesia: sicut laico. h. d.

Legatus & etiam beneficium in praesentatione laici patroni, ut supra retigimus, conferre potest: cum in laicis diversum accidat. Item Ecclesiastico patrono de temporalibus rebus ratio debet exhiberi, quod in laico minime obtinet.

Patronus laicus potest deferre ad superiorem, sicut quilibet datus bona Ecclesia, cujus est patronus. h. d.

Laicus tamen patrono laico, si successorem excolatis in Ecclesiam rebus fraudare cognoverit, aut dovesta illum conventionione compellere, aut Episcopo vel competenti Iudici corrigenda denuntiare: quod si talia agere tentet & Episcopus, Metropolitanus eius haec instituabit: sin autem & Metropolitanus talia gerat, Principis haec auribus (si aliter Ecclesiae consilium non possit) intromare non differet.

Jus patronatus transmittitur ad quoscumque heredes: & si heredes succedentes uni, habent vocem unius, nec hares patronus institutum mutare potest. h. d.

Veceffione quoque jus patronatus acquiritur: quod quidem procedit, siue sui, siue extranei, siue ex testamento, siue ab intestato sint haeredes. Plures tamen ab uno ex patronis Ecclesiae relicti haeredes, vocem duntaxat unius habebunt in praesentatione Recloris, nec iam institutos mutare poterunt.

Si patronus in praesentatione non sui concordet, attenditur major & melior pars. h. d.

Esti e forte in plures partes patronorum se vota in praesentando diviserint, ille praeficiendus est Eccle-

a Cui. & si. de jur. patron. in 6. b C. pastoralis. ext. de jur. patron. c. cum. an gl. c Ca. cum dilectus. ext. de jur. patron. d Can. fili. vel. 16. q. 7. e C. quamvis. in. ext. de jur. patron. fu. gl.

